

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1198 - 1199

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

per dilectum filium P[etrum] tituli^a sancte Cœcilie presbyterum cardinalem¹, tunc apostolice sedis legatum, idem prepositus fuerat investitus, in nostra et fratrum nostrorum audientia disceptarunt. cumque nos auditis, quæ hinc inde proposita fuerant, de communi consilio fratrum nostrorum sententiam formare ac ferre vellemus, dictus prepositus ad nos humiliter et devote accessit et jus, si quod sibi 5 competeret, in eadem prebenda in manibus nostris spontaneus resignavit. nos igitur ecclesie vestre volentes in posterum paci et tranquillitati consulere, recepta resignatione ipsius, ei super eadem prebenda perpetuum silentium imposuimus et vos et ecclesiam vestram ab impetitione ipsius super eam presentium auctoritate reddimus absolutos. nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre absolutionis infringere vel 10 ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Laterani 6 nonas martii pontificatus nostri anno 1.

Aus Würdtwein Nova subs. dipl. X, 183 nr. 63 nach den Registern Innocenz III i. Vatican. A. = Migne CCXIV, 23 u. CCXVII, 9. Darnach wohl auch Innoc. Ep. ed. Baluze I, 15 nr. 30. — Potthast Reg. pontif. nr. 32 u. 33.

137. *Bischof Konrad von Straßburg beurkundet die Stiftung einer Præbende in der Honauer Kirche durch seinen Marschall Wernher. 1199.*

C[ünradus] dei gratia Argentinensis episcopus. universis in Christo fidelibus hoc scriptum intuentibus salutem in eo, qui salus est omnium. honestis aspirare 20 propositis pie karitatis nos admonet affectus. innotescat igitur tam futuris quam presentibus, quod marscalcus noster Wernherus in ecclesia Honauwiensi unius prebende stipendia de allodiis suis instituit, ut de ipsis videlicet stipendiis sacerdos a communi conventu electus et a preposito investitus in eadem ecclesia deo et sancto Michaheli perpetuo deserviat et cunctis diebus preter dies celebres post 25 primam campana ter pulsata in altari publico missam pro anima patris sui et pro anime sue ac omnium parentum suorum remedio cum choro celebret. eapropter confratribus ibidem deo continue famulantibus in Rimigundeheim septem agros camporum et mediam partem molendini contulit. ad stipendia vero sacerdotis in Hirteneheim curiam et cellarium in atrio ecclesie et viginti septem agros camporum 30 et octo agros vinearum in Osthovin, in monte Uffenbere et in Wigerheim dimidium mansum et curtim in Honauwia contradidit. impetravit quoque apud confratres, ut sacerdos predictus in legatis memorialium, que deinceps eis conferentur, particeps existat, missa quoque prefata numquam obmittatur, nisi commune interdictum in episcopatu fuerit. obtinuit etiam in eadem ecclesia, ubicunque infra episcopatum 35 ipse aut uxor ejus aut filii decesserint, ut confratres Honauwienses corpus ad

n) *Grandidier* titulo.

¹ *Petrus Diani aus Piacenza, presbyter cardinalis tit. S. Cæcilia, nachweisbar von 1188—1208, war als päpstlicher Legat vom Herbst 1195 ab bis zum September 1196 in Deutschland. Vergl. Tauche Heinrich VI S. 430 not. 1.*